# IVDICIVM VNIVERSALE.

De portentis: preſagiis: & oſtentis: rerumqꝫ admirabiliũ: ac ſolis & lune defe-ctibus & Cometis.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

¶Ad R. in xp̄o patrem: ꝛ dn̄m Jo. gozadinum Sanctiſſimi noſtri Pape Datarium digniſſimum. Antonij Firmani de diſcretis Epiſtola.

CUm ſupioribus diebꝰ R. in xp̄o pater: ꝛ mi dn̄e plurimuꝫ honorãde ꝑquiſiueris: expoſtulauerisqꝫ ab Ep̄o ſctē Juſte dn̄o meo Reuerendo vt tibi de Cometa aliquid exprimeret quãdo menſe Auguſti. M.cccccvi. per plures dies apparuerit. pretefers beniuolẽtiã tuã quã erga ip̄m habes ingẽtiſſimã. Qui profecto petitioni tue vt ſatiſfaceret: vel ſaltẽ morẽ gereret: peruigili induſtria: ac diligenti ſtudio curauit. Sed cũ aduerſa valitudine aliquãtulũ grauaret͛. mihi cliẽtulo ſuo iuſſit: impauitqꝫ vt inter libros ſuos ſuaſqꝫ vigilias ꝑquirerẽ. ꝛ ſi quid huic rei: quã poſcis cõueniens reperirẽ feſtinãter ad te mitterẽ. Quod equidem tum iuſſu dn̄i: tũ optatis tuis vt citius rn̄deret͛: libẽti aĩo feci. Itaqꝫ ꝑquirens attentiori cura magnã inſtar libelli incõpoſiti epl̄am de portentis, prodigijs preſagijs: de ſolis ꝛ lune defectibus: deqꝫ Cometis Ceſari borgie Romandiole duci, olim deſtinatã nondũ miſſam adinueni: in qua multa cognitione: admirationeqꝫ digna deſcribunt͛. Tractãturqꝫ non ea que impromptu a quouis habent͛: ſed abſtruſa: queqꝫ magis admirãda iudicarẽtur. Quare vt cõmodius tibi ꝛ his: qui harũ rerũ delectant͛ cognitiõn ſatiſfacerẽ: Impreſſoribus tradidi. impreſſamqꝫ ad te mitto. Qua (mea quidẽ ſentẽtia) oĩa que ad petitiõn tuã ſpectant noſcere poteris: dices fortaſſe iſtis prodigijs fides minime danda eſt. Certe quidẽ: quod oẽs tenẽt. Tamẽ ſi: penſitato iudicio hoĩes ꝯſiderare vellẽt: que accidũt nõ temere fieri cognoſcerẽt Sed malo iudicio deprauati nihili faciũt: ꝛ a malis pagẽdis nõ ceſſant. Unde hore momẽto in maximas deueniũt calamitates Quãuis nõnullis differant͛ progenturqꝫ: tamẽ pena pede claudo antecedẽtem ſceleſtũ nunqꝫ deſerit. Sed ſupplicij onus mora cõponit: vt de quo mens intelligit exiſtimat͛. Qui ſi animaduertiſſet prodigia: que in ſuis finibus apparuere breuitatis cauſa hic pretermiſſa ſaluti ſue fortaſſe prudentius cõſuluiſſet: vel meliorẽ vitã agere inſtituiſſet. Sed ſu ementis malignitas rem ſuã



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ad ruinā trahebat: que ſupbi numeri cōpoſiti fines nō preteribit in quo ſue gentis exitiū conſiſtit. Sed iſta deo relinquamus: qui nullū malum impunitū permittit. Suſcipies ergo quicquid erit quoniā delectaberis ſane tum rerū admirabiliū ꝛ eiuſdē quā deſideras ad plenū cognitione Vale Rome Kl. Januarij. Milleſimo quingenteſimoſeptimo.

Ad Illuſtriſſimū Ceſarē borgiā Romādiole Ducē Gaſparis Torrelle Epi ſctē Juſte Epla de portentis preſagijs: prodigijſq₃ admirabilibus. De ſolis ꝛ Lune defectibus. deq₃ Cometis cognitione digna.

ILluſtriſſime princeps ꝛ dñe: licꝫ nō te lateat quantū de tuis ac de te bene meritus ſim: nihilominus a neſcio quo latitante cogor: te vt fideliſſimo amore pſequar: ꝛ ſeruitijs tuis incūbam. Unicuiq₃ n. cognitū eſt me iuuenem cōpetenter diſpoſitū: ꝛ circa neceſſaria occurrentiaq₃ nō mediocriter puiſum: ac in appollinea arte ſatis eruditū: atq₃ expertum in. S. D. N. familia dū in minoribus eſſet: ſuſceptū fuiſſe: ꝛ in occurrē nō ſolū. S. ſue: verumetiam ſuis: poſtremo ꝛ tibi nunq₃ defuiſſe. Tamē videntes q̄plurimos ad magnas dignitates ſublimari me vero in tanta egeſtate laborare nōnulli admirant: negligētie mee: multi fortune aſcribētes: reliqui importunū me eſſe debere cōſulūt: mouētes ſe aucte Pij. ij. dicentis in tractatu de ſomnio fortune q̄ fortuna nō niſi importunitatis remedio acquirit ſcꝫ eam fugādo ꝛ nō ab ea fugiendo. Et quia q̄plurimi ea que a caſu ꝛ fortuna accidūt prodigia: portenta: ſeu preſagia vocāt ipſiſq₃ credūt fidēq₃ adhibēt ex quib⁹ opiniones varie ac falſe exorte fuere ꝛ hoc ppter variā hoim curioſitatē qui ſe ingenio ꝛ pprijs ſenſibus archana dei cōprehendere putāt. Jdcirco vt tibi pſulam. ac iſtorū dictis ſatiſfaciā hec omnia in pñtia licet pauca: tamē admiranda quia rara: de ipſis ſummatim recollecta tractabo. Demū caſum in termino ponā: dabis veniā ſi in aliquibus medicinales termi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nos transgrediar. Primũ itaq̨ a diffinitione incipiam vt facili⁹ intelligant̄ hec de quibus sermo habendus eſt. Igitur portentũ nil aliud eſt niſi oſtentũ quod aliquid iminere ſignificet: a portã do dictum. Prodigiũ autem ſemꝑ peſſimũ: dictum quaſi porro adigendum: vnde prodigiatores prodigioꝝ interpretes. Preſa gium eſt quoddã preſcitum: a preſagiendo dictũ: preſagire. n. eſt acute ſentire. Ponunt̄ etiã inter hec monſtrũ ⁊ oſtentũ. Mon ſtrum a monendo dictũ eſt: velut Moneſtrũ quod futurũ mon ſtret: deorũq̨ moneat voluntatem. Oſtentum eſt cuiuſcunq̨ rei contra naturã genitũ: factũq̨. vel eſt cum quid prodigioſum vi detur dictũ ab oſtendendo quia aliquid futuꝝ oſtendit. Tamen inter ſe differunt: qm̃ Portentũ dicitur quod aliquid oſtendit poſt. Prodigiũ quod porro dicat. i. futura predicat quaſi ꝓcul a digito. Monſtrũ quod ſtatim monſtrat. Oſtentũ quod aliqđ futuꝝ oſtendere videtur. Hec. n. varia nomina ſi bene conſpicis vnũ ſignificant. Iſtis ſic craſſo mõ diffinitis: dubitat̄ ab aliquib⁹ auctore Plinio libro. ij. de naturali hiſtoria. vtrum iſta que acci dunt: ⁊ elapſis diebus acciderũt aliquid mali immineãt: nã ferrũ pluit anno anteq̨ Craſſus a partis occideret̄: ⁊ ſangnis e mult̄ fontibus ſcaturiuit: anteq̨ validiſſima ⁊ crudeliſſima peſtis Ro manos inuaderet: ab vrbe cõdita anno: cccclxxx. Et edes ſalut̄ ictu fulminis diſſoluta fuit. Sequẽti vero anno Sempronius cõ ſul aduerſus Picentes exercitũ duxit: pugnauitq̨: ⁊ in medio pugne magnus ſuperuenit terremotus: ⁊ licet Romani reman ſiſſent victores (nam vtrũq̨ gladio multi periere) tamen pauci ex Romanis euaſerunt: nã omnes quaſi obierunt. Terra in tam horribili conflictu ſanguinez humanũ bibere voluit. Supradicti enim ⁊ hac tempeſtate ꝓpterea que acciderunt valde admiran tur: nam in libris probatis inueniũt ꝙ multa ꝓdigia bellum Pi cenum: Marſoꝝ: Pelignoꝝ: Samnitum: ⁊ Lucanoꝝ preceſſe runt: nam Rome ſub ortu ſolis: illo tp̃e globus igneus e Septẽ trionis regione cũ maximo celi fragore emicuit: apud Tarenti nos cũ per cõuiuia panes frangerent̄: e medijs panibus quaſi e corpoꝝ vulneribus cruor fluxit: tũc per. vij. dies ꝯtinuos grãdo



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

lapidum immixtis etiam teſtarum framentis terram paſſim con
triuit. Secundum vero bellum punicum multa prodigia demõ-
ſtrarunt: nam Rome quidam bos locutus eſt: dicens. Caue ti
bi Roma. Auguſtinus vero quinto de Ciuitate dei: capitulo vl
timo dicit. Omitto boues locutos: infantes nõdum natos que
dam verba de matrũ vteris clamaſſe: volaſſe ſerpẽtes: feminas
⁊ gallinas in maſculinum genus fuiſſe conuerſas. Paulopoſt
in pugna que apud cannas celebrata eſt. xliiij. millia Romanoꝝ
ceſa ſunt: ⁊ Hanibal in victorie teſtimoniũ tres aureoꝝ anuloꝝ
modios qui ex interfectoꝝ manibꝰ detracti fuerũt: Carthaginẽ
miſit. Corroborãt etiã eoꝝ opinionẽ dicẽtes ꝙ tpe quo normã
di gallos per. xl. ãnos domuerãt: magna cũ galloꝝ clade. in ſol-
ſtitio eſtiuali maxia cũ grãdine: ⁊ glacie tẽpeſtas ꝓceſſerat. ⁊ ab
aere ad terrã glacici fruſtũ lõgitudinis. vi. pedũ: altitudis duoꝝ
lõgitudinis. xvi. admirabilr ceciderat. Dicũt etiã ꝙ ante aduen
tũ mahometi Elephas cũ elephãte femina ex aqua: extraqꝫ ter-
ritoriũ coiuit: res inaudita quidẽ. Eodẽqꝫ tpe ſilueſtris leo cap-
tus fuit: atqꝫ incarceratꝰ: qui cũ leena domeſtica preter ſolitũ ve
neris munere functꝰ eſt (vt Albertus magnus aſſerit in libro de
aialibus). Tpe lotharij. ij. ſol factꝰ eſt ſanguineus: poſt paucos
dies hoim lues ſecuta eſt. Dicit Johãnes ſolobriceñ in policra
tone: libro. ij. Quotiẽs ſol in celo gemiari videbit: totiẽs inunda
tionẽ aquaꝝ expectare oportet. Mediolani anno. M. cccc. xcix.
mẽſe nouẽbris ſol triplex viſus ẽ. Quid referã maioꝝ nroꝝ obſer
uata ꝓdigia vt aiunt relatu digna: aduentante italiã Hanibale
apd placentiã ingẽs certamẽ habitũ eſt: quo ſexcentis plus pedi-
tibus: ⁊ dimidiũ eius equituꝫ cecidit romanoꝝ. equeſtris ordis
aliqui: tribuni militũ quinqꝫ: ⁊ ꝓfecti ſocioꝝ tres ſunt interfecti.
Quo tpe in hiſpania a. C. n. ſcipione ſex millia hoſtiũ cedũt: duo
cũ ꝓſidio caſtroꝝ capiũt: Capit ⁊ ipſe dux: poſt paucos dies ad
xij. millia alteriꝰ ducis ceſa ſunt. Eo tpe circa vrbẽ mlta ſunt viſa
atqꝫ annũciata: in qbus ſemeſtrẽ infantẽ in foro olitorio triũphũ
clamaſſe: in foro boario bouẽ in tertiã cõtiguatiõm ſua ſpõte ſcan
diſſe: inde habitantiũ ſtrepitu ſe deieciſſe: nauiũ effigiem de celo

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

effulſiſſe: In gallia lupū vigili gladiū e vagina raptū aſtuliſſe. per idē temp⁹. C. flaminio cōſule pugnaturo cōtra Hanibalē iratis dijs (qm̄ in auſpicato cōſul creatus erat) ſolis orbē minui viſum ⁊ preneſte flagrātes lapides celo cecidiſſe: pugnantēqꝫ cū luna ſolē: ⁊ capene duas inter diu lunas ortas: ⁊ aq̄s cerete ſanguie mixtas fluxiſſe: ⁊ antij meſſorib⁹ cruētas incorbes ſpicas cecidiſſe: ⁊ falerijs celū magno hiatu findi viſum eſt: quaqꝫ patuerit ingens lumē effulſiſſe: ⁊ capue faciē celi ardentē fuiſſe: luneqꝫ inter imbrem cadentē quo tpe ad traſimenū lacū quindecim milia Romanoꝝ: mille ⁊ quingēti hoſtiū in acie periere: ſimulqꝫ cōſul perijt. paulopoſt ad ſinueſſam mare arſit: bos equuleū peperit: que prodigia campanoꝝ cedes ſubſecuta eſt: in qua duo milia hoim ceſa fuerūt: fuereqꝫ ad mille. cccc. cartaginenſiū ceſi: Hiſdem diebus. T. ſempronius in lucanis ſupra duo milia hoim occidit: cclxxx. milites amiſit: Eodē tpe ad. xxx. milia ſardoꝝ ſimul ⁊ penorum ferme tria milia trucidata: multeqꝫ ſtrages facte fuerūt quas referre longum eſſet: Eadem tempeſtate Hironimus ſyracuſanorum rex a coniuratis occiditur: prodigia eo anno multa nunciata. Mantue ſtagnum effuſum mintio amni cruentum viſum eſt: ⁊ Rome in foro Boario ſanguinem pluiſſe: ex muliere ſpoleti virum factum: que ſubſecute ſunt multe cedes inter Hanibalem ⁊ Romanos: cum Romani penis in Hyſpania pungnarent ab Antio nunciatum eſt cruentas ſpicas metentibus viſas eſſe. Cere porcus biceps: ⁊ Agnus maſculus: idemqꝫ femina natus erat. Albe duos ſoles viſos ferebant. ⁊ nocte Fregellis lucem obortam. Quo tempore multa hominum milia periere. Tempore quo Gallici tumultus Italiam occupauere: plurima prodigia acciderūt. In lucanis celū arſiſſe ferebant: priuerni ſereno per diem totum rubrum ſolem fuiſſe. In ſabinis incertus infans natus maſculus an femina eſſet: alter. xvi. iam annoꝝ ambiguo ſexu inuentus: Fruſinone agnus cum ſuillo capite: ſinueſſe porcus cum capite humano natus. in lucanis equus cū quinqꝫ pedibus. paulopoſt ſupra quinqꝫ milia galloꝝ ceſa: ⁊ capta fuerunt. Hamilcar dux penus eo ꝑlio cecidit: treſqꝫ imꝑatores nobiles



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Romanoꝝ ſocioꝝ̄q; ad duo milia eo ꝑlio interfecta ſunt. Ante inſubriū cedē in qua. v. ⁊. xxx. milia hoīm ceſa ſunt hec fuere prodigia: fruſinone inter noctez lux orta eſt: ⁊ eſculo agnus biceps cū. v. pedibus natus: ⁊ formijs duo lupi oppidū ingreſſi obuios aliquot laniauerant: poſſem multa alia referre que illis tpibus fuere ꝓdigia: tñ breuitatꝫ cā ꝑtereo. Anno Cōſtātis. xi. ignis de celo cecidit: quo tpe grauiſſima peſtis tribꝰ eſtiuis mēſibus craſſata eſt: bonū ⁊ malū angelū vrbē circuire viderūt: malūq; angelū iuſſu boni: venabulo quod manu ferre videbat: cuiuſq; domꝰ hoſtiū ꝑcutientē: tot ſequēti die ex eadez domo interibāt. Anno eiuſdē. xiij. oſuuinus norambroꝝ inter nimiā mertioꝝ ſtragē regem Pendā interemit. Hoc tpe ſctūs Foillanus ſonſenſis martirizat. Paſchali pōtifice exñte in turchia Ceſpis lōgitudine pedū. l. ⁊ latitudine. xiiij. altitudine ſeſquipedalis e terra ſublatꝰ eſt vltra pedes. xxv. in ſaxonia tellus in modū aggeris limite vniꝰ leuge itumuit: terremotꝰ factꝰ eſt: mlte ville: ⁊ domꝰ celeſti igne cremate ſunt. hoīes ⁊ aīalia ictu fulminū exanimata ſunt. fruges grādine vaſtate: cū ipſa grādine veri lapides īmenſi pōderis ceciderūt. que ꝓdigia grandis hoīm mortalitas ſubſecuta eſt. Anno quo Januenñ vrbs ab aphricanis capit: ſanguis fons ibidem largiſſime ſcaturiuit: ꝑcedēs forte ipſius vrbis ruinā iminentem qm̄ cunctꝫ ciuibus captis ⁊ occiſis: theſauris etiā ſuis euacuata fuit. Anno dn̄i. M. cxvij. Anſelmus ſcia clarus: moꝝ honeſtate: ⁊ cōſilij grauitate venerabilis vita defunctus eſt. Sequēti anno iij. nonas Januarij terremotꝰ multis in locis: ſed nō vbiq; accidit: alīs clemētior alīs validior vt qrundā vrbiū ptes cū ecclīs diſſipaſſe diceret. Moſa fluuius qſi pendēs in aere alueū ſuū reliquiſſe viſus eſt. Hoc anno leodiū ciuitas multꝫ plagis attrita eſt quinto kl. Maij dū in maiori ecclīa veſpas celebrarēt terremotꝰ cū tonitruo oēs ad terrā ꝓſtrauit ⁊ fulmē ad leuā tēpli demiſſuz mltas ptes muri hac illac deiecit: turrimq; penetrās mltas trabes cōfregit ex quo magnus fetor eſt ſubſecutꝰ. Itē iunio menſe viij. idus nubes imbribus ſubito oborte a mōte: qui dicit Roberti: ptem ciuitatis ſibi ſubiectā peſſundederūt: mltaſq; domos: ac

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

magnā annonā pdiderūt: mr̄eʒ duos infantes amplexā necarūt
Die ſabbati quedā dū pueri caput lauat manus ſanguie cōſper
ſas habuit. Kl. eiuſdē menſ turbo quidā vehemēs ciuitatē ope
ruit: ⁊ abſciſa nube oē tectū ecclie maiorꝫ deiecit. ⁊ fulmē a parte
aquilonis intrās quēdā clericū retro altare Coſmi ⁊ Damiani
in ſuggeſtu legentē: aliū ante crucifixū orātē: tertiū eccliam intrā
tem interemit. ante fores tēpli quendā laicū extinxit. vij. idus di
cti menſis q̄tuor turbines a q̄tuor celi plagis vrbē vndiqꝫ occu
pauerūt: ventus etiā magno fragore ac imbre vrbē ꝑſperſit. Ter
tio nonas auguſti noctꝭ cōticinio tonitrua: fulgura: turbies adeo
vrbē leodiū exagitarūt: vt hoīes e ſtratis exilientes totā noctem
ſupplicationī intenderent: in diluculo ab oriēte ignis flāma circū
iuit vrbē: vt oēs ſe cremari putarent. poſt ingens turbo ab occi
dente erūpens ignē viſus eſt obtexiſſe. Iterū ignis reflagrauit. ⁊
turbine reuertēte delituit. tertio ipſe ignis recaluit: tn̄ a turbine
tertio extingui viſus eſt. Ante mortē Paſchalis pōtificis ⁊ Ge
laſij multa ꝓdigia fuerāt inter alia biceps infantulus: hic tā ſexu
duplex q̄ ceteris ſimplex erat cōpagine corpis a ppl'o viſus eſt.
Tertio idus decēbris celo ſereno luna eclipſim paſſa eſt cōtra
cto orbe multꝭ coloribus ſed maxime ſanguineo p horā. xiij. kl.
Januarij prima hora noctis ignee acies a ſeptētrione in orientē
vergētes in celo apparuerūt: deinde p totū celū ſparſe videtibꝰ
miraculo ⁊ ſtupori fuerūt. Quo etiā tp̄e Balduinꝰ. ij. rex hieru
ſalē mortuus eſt. Anno imperij Henrici. xlix. ſcʒ ab incaruatione
dn̄i. M. cv. vigilia natalis dn̄i terremotus factus eſt magnus in
hieroſolōis hieroſolomite inumerabilē paganoꝝ mltitudinē in
terfecerūt: duo orbes in modū ſolis forma ⁊ lumine quottidiāo
ſoli ſimiles apparuerūt oim coloꝝ radiātes ac inſtar arcus cele
ſtis: ſtella per diē viſa eſt in celo ab hora. iij. vſqꝫ ad horā nonaʒ
q̄ſi cubito diſtās a ſole: q̄ tp̄e filiꝰ Hērici impatoris cū p̄re crude
liter pugnauit: tpibꝰ q̄bus lōgobardi irruētes in mōtē Caſſinuʒ
oīa que in mōaſterio ſcti Bn̄dicti erāt: diripuerūt. ⁊ ſol a mane
vſqꝫ ad meridiē decreuit ad tertiā ſui ptem. Anno ſequēti Gune
rānus rex ſctitatis clarus in dn̄o obdormiuit. pauloāte Cōſtan

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tinopoli naſcitur puer quadrupes: ⁊ alter duos vertices habēs
Secūdo anno quo Guillerus imperare ceperat cuius curia ex
oletorꝫ proſtibulum dicebatur. Tertio idus Auguſti totam An
gliam ingens terremotus ita exterruit: vt edificia omnia e min⁹
exilirent. Secuta eſt inopia omniū fructuū: tarda fruguum matu
ritas: vt vix ad feſtum Andree meſſes relegerentur. Quarto an
no eius fuit tumultus fulgurū: motuſqꝫ vrbium: ⁊ ictus de celo
miſſus partem turris tanta vi confregit: vt in cōfinio tecti ignis
foramē ad ſimilitudinē humane forme efficeret: per quod ingre
ſſus trabem in fruſta per totam eccleſiam deiecit: ⁊ crucifixi ca
put cum dextera tibia: ⁊ imaginem Marie conquaſſauit. Secu
tuſqꝫ eſt fetor intollerabilis: fuit quoqꝫ diſcordia ventorꝫ que lū
donie pluſqꝫ. ccccc. domos effregit: eadē vis vētorꝫ tectū ecclie
ſancte Marie: que ad arcus dicitur: pariter ſubleuauit: duoſqꝫ
homines ibidem obruit. Sexto anno Guillerij regis tātum fuit
in Anglia diluuium ex imbrium habundantia: quantum nunqꝫ
fuiſſet. Mox adēntante hieme fluuij ita cōgelati ſunt: vt equis
quadrigis. ⁊ plauſtrꝫ peruij eſſent: ſoluto gelu ex impetu glacia
lium fruſtorꝫ pontes effracti ſunt. Septimo eiuſdē anno propter
tributa que in Normānia edixerat agricultura defecit: quam fa
mes ſubſecuta eſt hominum mortalitas tam crebra vt moritu
ris cura: ⁊ mortuis ſepultura deeſſet. Anno. dcccxxxiij. annona
de celo pluit in vaſconia ſimilis frumento habens tamen grana
breuiora. Eodē anno maxima tēpeſtas in gallia orta fuit: ⁊ ter
remot⁹. multeqꝫ domus ac ville celeſti igne cremate: ⁊ multi ho
mines ictu fulminis exanimati fuerunt: eodēqꝫ tempore e regionē
aeris imenſe grādines cecidere. Anno. dcccliij. inaudita fames
in germania fuit adeo vt patres filios deuorarēt. Anno. dccclx
xiij. in Italia per tres dies e regione aeris ſanguis pluit. Gal
liam eo tempore ſicut olim Egyptum locuſte deuorarūt. Pau
lopoſt intollerabilis fames ſubſecuta eſt: ex qua tertia pars ho
minum perijt. Et in Saxonia quedā villa cum inhabitatoribus
inſtanti abſorta fuit. Anno. dcccciij. Italiam totā Galli occupa
uerunt; quo tempore ignes pluribus noctibus per totā Italiam

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in aere apparuerunt: per id tempus rex Aphrice mahometan
Coſentiam hoſtiliter obſederat: cuius morte ciuitas ab obſidio
ne liberata fuit: tunc puer natus fuerat; qui canis caput: cetera
membra hominis habebat: Et Janue ex quodam fonte ſanguis
ſcaturiuit; paulopoſt magna Januenſium clades ſubſecuta eſt.
Anno. dcccclxxiiij. in Italia due mulieres vno corpore connexe
duobus capitibus: quatuor brachijs: tybijs ⁊ pedibus quatuor
nate fuerunt. Monſtroſa res ⁊ admodum admiranda. Anno
Noningenteſimo nonageſimoquarto. annona pluit ac parui pi
ſces in Aſbonia. Anno. Milleſimo vigeſimo. luna apparuit ſan
guinolenta: fuitq; terremotus perhorrēdus: tunc etiam ex aere
in terram fulgur ad inſtar turris maximo fulgore cecidit. Pau
lopoſt fames: ac peſtis maxima: per totum orbem ſubſecuta eſt.
Anno. Milleſimo duodecimo. Luna in ſanguinem verſa fuit: ⁊
fuit terremot⁹ magnus: ⁊ ignes e celo ſeu a regione aeris in ter
ram ceciderūt: mare littus ſuum egrediens ꝗplurimas ſubmer
ſit vrbes: deinde per totum orbem ſecuta fuit inaudita fames. in
Lothoringia galliarum prouincia fons ſaluberrime aque fuit
conuerſus in ſanguinem: ⁊ tunc ſarraceni deſtruxerunt Hieru
ſalem. Anno. Milleſimo quadrageſimoquarto. monſtrū in Gal
lia tale fuit admiratione dignum: Due mulieres coniuncte orte
fuerunt: que diu vixerunt. Poſt altera mortua corpus alterius
mortue portās annis tribus ſuperuixit. Anno. Milleſimo octua
geſimoquarto. fuit magna aquarꝫ inundatio: peſtis: terremotus
fames: fonſq; ſanguinis apparuit. Anno. Milleſimo centeſimo
quarto fuit terremot⁹ q̄ſi in tota Italia. In mēſe Julij fuit eclip
ſis magna lune. Raritas enim admirationis eſt mater: inde eſt
ꝙ vulgus ex his que raro eueniunt admiratur: ⁊ ſi quid mali
aut mali paulopoſt ſequitur. illa hoc ſignificaſſe putat: non enim
talia mirabilia eſſe deberent nam illud quod factum eſt vulgus
fieri potuiſſe credere debebat ⁊ debet. Sed quid dicent de ecly
pſi magna lune: quid de Celo rubeo ⁊ ſanguinolento in nocte
de menſe Julij apparente anno. Milleſimo. tricenteſimo trice
ſimoquarto. paulopoſt Judei qꝛ aquas in alamania infecerant

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

fuerũt per totã alamaniã cõbuſti. Eo tpe fuit magna aquaꝝ inun
datio nõ ex pluuijs ſed ex fontib⁹ ſcaturiẽtibus: que generaliter
per totũ orbẽ multa dãna intulit. Tandẽ ſeuiſſima peſtis ſecuta
fuit. Anno. M.cccliiij. fuit terremotus in diuerſis locis. Anno
M.ccclx. fuit eclipſ ſolis in principio martij: que durauit quaſi
ꝑ duas horas. Anno. M.cccciiij. tres ſoles viſi fuerũt. Paulo
poſt multa mala ſecuta fuerũt. Anno. M.ccccviij. q̃rto kl. Sep-
tẽbris fuit eclipſis ſolis: poſtea ſecuta ſunt bella in Anglia: Ala-
mania: Germania: Flãdria: Pruſſia: Panonia: Apulia: ac etiã
in Italia: ⁊ Grecia: ⁊ fuit peſtis valida ꝑ. iiij. annos continuos.
Et qꝛ nõnulla ſecuta eclipſi ſolis: aut lune dixi: te ſcire volo te-
ſtante Ptholomeo in ſuo Centiloquio ꝙ eclipſis tã ſolis q̃ lu-
ne futuꝝ malũ nũciare: vbi ſolem ⁊ lunã aliaꝝ planetaꝝ dños ꝓ-
nũciat ⁊ declarat: qm̃ totius opis ſtellarũq; gubernatores eſſe
declarat. Ideoq; qñ eclipſes ſunt: accidentia grãdia ſignificare:
nõ eſt ambigendũ: vt ꝑdeceſſores ſui per infinita pene tpa obſer
uarũt: ⁊ in ſcript̄ relinquerũt ex eis fidem ſuis in ſcript̄ adhiberi
volẽ. Inter q̃s fuit Meſſahala de mutatiõe tpis caplo. vij. vbi
inquit: ſcio ꝙ in eclipſi ſolis aut lune non poterit fieri quin aliqđ
malũ magnũ: ſeu accidens ſignificet. q̃ſi velit dicere illud qđ in
Geneſi ſcriptũ eſt. Erũt ſigna in ſole: ⁊ ſtellis ⁊c. ⁊ ſubdit dictus
Meſſahala ꝙ accidẽtia erũt magna: aut pua: intenſa: aut remi-
ſſa ſm magnitudinẽ: aut puitatẽ eclipſis. ⁊ ſigna in quibus fient
Ricobaldus recitat in cronicis ſuis ꝙ anno Neronis q̃rto fuit
eclipſis ſolis cui magnus terremotus ſubſecutus fuit. Et eo tpe
xpiani maxime vexati fuerũt: ⁊ pſecuti. Eo. n. tpe Petr⁹ ⁊ pau-
lus martirio coronati fuere: ⁊ paulopoſt Romanos validiſſima
⁊ crudeliſſima peſtis inuaſit: vt ex eis pauci ſupuixerint. Eodẽq;
tpe Coloſſea ⁊ Hieropolis ſubmerſe fuerunt: ⁊ per totã Aſiam
maxim⁹ terremot⁹ ſupuenit. Tpe Cõſtantini magna ſolis eclip-
ſis fuit: quo tempore Martinus papa diem ſuum clauſit extre-
mum. ⁊ ſarraceni Siracuſas ſicilie inſule ciuitatem deſtruxerunt
ſoloq; equarunt: ⁊ eorum ſuppellectilia tam ſecularia q̃ eccle-
ſiaſtica ſecum in Alexandriã adduxerunt. Anno vero. dccccij.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Addamaram Hiſpaniã inuaſit maxima cũ multitudine infideliũ quo tpe eclipſis ſolis elapſa hora. vi. diei apparuerat qui a Radamiro Hiſpaniarum rege: et catholico ſupatus fuit cũ magna ſarracenorum clade adeo vt defuerit nuncius ad ſuorum exponeñ nunciandãq; occiſionẽ. Anno quo Hyrene impatrix filiũ ſuũ Conſtantinũ oculis et imperio priuat: ſol obſcurat⁹ eſt ita vt in mari naute aberrarẽt. In mẽſe Julij contra naturã aſpera: et gelu cõcreta pruina bis fuit. Quibus etiã tpibus Leoni pape Romani oculos et linguam bis euulſerunt qm diuinitus lingua et oculi exoriebantur. Ante mortẽ Pauli. ij. eclipſis ſolis fuit. et ante mortẽ Caroli imperatoris ſolis et lune eclipſis apparuit. Etiam fuit eclipſis lune ante mortẽ Agathi. et Innocentij. vi. et Gregorij. ix. et Eugenij ij. ſolis eclipſis fuit. Et eo tpe impator obijt. et ante mortẽ Franciſci ſforze ducis mediolaneñ. Noſtris vero tpibus ſcz anno. M. cccc. xciiij. die. xvi. martij hora. iiij. poſt meridiẽ fuit eclipſis ſolis. et quarta pars ſolis eclipſata fuit. Die vero. xxi. martij luna fuit eclipſata. Hoc idẽ fuit. xiiij. die ſeptẽbris. M. cccc. xciiij. Die vero. xxv. ianuarij. M. cccc. xciiij. obijt rex Ferdinãdus neapolitanus: et añ eius mortẽ per. ix. dies fuerat piũctio ſaturni: et martis Sequẽti anno vcz. M. cccc. xcv. Carolus rex Frãcorum italiã intrauit nemine reſiſteñ regnũ neapolitanũ occupauit: quo tpe Alfonſus. ij. rex neapolitan⁹ filius Ferdinãdi primi ad ſiciliã confugit. ibidẽ diẽ clauſit extremũ. Eodẽ anno idẽ Carolus in Franciam reuertit: et cũ Lonbardiã ptranſiret in maximo diſcrimine ac periculo verſat⁹ eſt. Anno. M. cccc. xcvi. in ciuitate et comitatu Tudertino fuit maximus terremot⁹: quo etiã anno inaudita tyberis inundatio fuit. Die. xviij. ianuarij totuz corpus lune fuit eclipſatũ: et in mẽſe iulij eclipſ⁹ ſolis fuit: q̃ tpe maxima vini: et frumẽti penuria fuit: fuereq; plia ac peſt: morb⁹ horrẽd⁹ et mostro ſus totũ orbem hoc tpe occupauit. Dux gaudie Rome hora q̃ſi iiij. noctis. xv. iunij. M. cccc. xcvij. interfectus fuit: Princeps caſtelli. vi. die octobris. M. cccc. xcvij. obijt. eodẽ mẽſe et anno dux ſabaudie mortẽ oppetijt: die. xxix. fulgur nõ ſolũ Adriani molem combuſſit: verumetiam turrim ſancti Angeli inſtanti penitus de

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſtruxit· Anno· M·ccccxcviij· Ro·die·x· Januarij nix inuiſa ſup·
uenit: que per·x·dies durauit· His diebus plures: ꝛ epi ac Car
dinal' de Janua morierūt· M·ccccxcviij· Carolus rex Frācoꝝ
die·vij·aprilis morte repētina morit· Die·viij·ſupradicti mēſ ꝛ
āni frater Hieronim⁹ ſauenerola cū duob⁹ ſocijs florētie capt⁹
eſt·hic·n·ſe ꝓphetā eſſe dicebat: ꝛ que vaticinabat ex reuelatiōe
diuina habere ꝓſitebat: mlta finxit in ſuo tractatu qui impſſus re
perit· Die vero·xviij·maij cū ſuis ſocijs cōbuſtus fuit· Auguſti
menſe eodē anno regina Portugallie: ꝛ principiſſa Hiſpanoꝝ
in partu perierūt· Hoc menſe ꝛ anno tu dñe ceſar borgia depoſi
to gallero ſecularis factus es: ꝛ prima die Octobris ex ciuitate
Ro·vrbem veterē verſus te cōtuliſti: ꝛ iiij·die nauim intraſti·xij
die marſiliā appuliſti: ꝛ multa que lōga narratione egerēt eo in
itinere pegiſti. Anno· M·ccccxcix·in menſe Septēbris Ludo·
uic⁹ ſfortia dux mediolani a toto ducatu ſuo expellit: ꝛ in alama
niā aufugit: dominiū ꝛ vxor cū filio a gallis capiunt: quo anno
mediolani tres ſoles apparuerūt· Anno· M·ccccc· Ludouicus
ſfortia cū factiō ſua maximā dominij ſui ꝑtem recuꝑauit· Pau
lopoſt a gallis ſimul cū fratre ſuo Aſcanio Cardinali ꝛ Vicecā
cellario capit· Jn regno Granat ſarraceni ꝯ regē caſtelle rebel
larūt: i puteis valētinis maxia imo iaudita appuit ſiccitas· Die
xxix· Junij· M·ccccc· qua feſtū ſcti Petri celebrabat celi ſe ap·
peruerunt ꝛ vt verbis aſtrologoꝝ vtar portaꝝ aꝑtio fuit ita vt
eccleſia ſancti Petri ꝛ porticus nō obſtañ tectis pluuiali aqua
replete fuerint· Hora·xx·vel circa Ro·intenſiſſima ventoꝝ pug
na ſuꝑuenit: res inaudita ac nō cōſueta tali tpe imo cōtra tempo
ris naturā: nam vt in metheuris habet Venti generant a calo·
re diminuto·i·diminuit potēte ꝛ nō valente reſoluere diſſoluit
ꝛ cauſant ventū: quare philoſopho teſtañ in eſtate ꝛ hieme ven
ti generari non poſſunt· Jdcirco illa ventoꝝ tempeſtas admira
tione digna fuit· aliqui dicebāt illud preſagiū: alij portentū fuiſſe
nōnulli a caſu ꝛ fortuna eueniſſe· Multi ſe ꝑdixiſſe adſeuerabāt:
a quibus nō ab re percunctandū eſſet qua arte vel ſcientia hoc
vaticinati ſunt: opinor ſi xpiani ſunt deo ꝑmitteñ dicent id fuiſſe

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

⁊ eis reuelatū: aut aſcriptū ſcientia: ⁊ ad hāc ꝯfirmandā opinio
nem adducēt natiuitatē. S. D. N. ⁊ creatiōm coronationēq̃: ⁊
q̃plura alia que hoc loco pretermitteñ cenſui. Si vero muſaici:
⁊ aſtrologi fuerūt anteq̃ in hoc caſu mihi dicerēt aliquid: ab his
quererē: qua de cauſa cū ſcientia aſtrologie polleāt (vt aiunt)
pſecutionē eoꝝ ante aduentū nō vaticinati ſunt: q̃ in veritate hec
pſecutio eis inopinata ſuꝑuenerit mala eoꝝ ꝯuiſio teſtat̃. Die ⁊
hora ſupradictis caminus magni ponderis ex q̃pluribus lateri
bus conſtructus a dicto vento agitatus radicitus fuit euulſus
qui in directo trabis cecidit ipſamq̃ in capite ſemi combuſtā ⁊
putrefactā inuenit fregit ac ſimul cū tecto ab ipſa ſuſtentato mag
na cum ruina ſecū traxit ⁊ trabs ſuꝑioris aule pontificū: a pictis
pontificū imaginibus nūcupate ſuper pauimentū inferioris aule
cecidit: oēmq̃ ꝑtem quā ſuſtinebat magna ruina ſecū traxit: oēs
quos in prima aula ſtātes intercepit: aut interfecit: aut letaliter
vulnerauit: quo ictu ⁊ caſu violentiſſimo trabs ſecūde aule cor-
ruit: quo tp̄e vel pauloante in pontificalē ⁊ conſuetā ſedem in di
cta aula pontificū ſitā ad negotia ꝑagenda. S. D. N. ſe compo
ſuerat comite Cardinali Capuano Jo. lopis cognoīe qui iuſſu
pōtificis receſſerat. Jllo tp̄e a ſede ſue. S. claudēdi dicte aule fe
neſtras grā que a ventis agitabant̃ violēter: ⁊ dum eas claude
re conat̃ vento reſiſtente caſus accidit. Cardinalis vero ſancte
Praxedis pauloante de licētia ſummi pontificis ab aula ponti
ficum exiuerat inſtruendi gratia quoſdam legatos vt in ſermoni
bus eſſent breues: eo quia ſummus pontifex non obſtañ arduis
occupationē q̄bus ea hora inuolutus erat eis dicto Cardinali in
tercedente beniuolā licet breuē audientiā dare erat ꝯtentus: ⁊
dum hec ꝑtractaret caſus inopinat⁹ accidit in quo plures obie-
re aliqui vulnerati euaſere inter quos fuit ſummus pontifex qui
in diuerſis corporis ꝑtibus etiā vulneratus euaſit nō ſine maximo
periculo. Supradicta tempeſtas Ro. in diuerſis ꝑtibus q̃pluri-
ma nocumēta intulit: quare nōnulli maligni iniqui ⁊ praui ꝑditi
q̃ ſeu omni virtutū genere vacui dicebāt hoc eueniſſe propter
ſummi pōtificis peccata qui per plateas vicos aut totā vrbem la

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

trabant ⁊ ſuſurrabāt proclamabātq̃. Hi vero ſi legiſſent antiq̄ꝝ volumina nō ſolū̄ proferre abſtinuiſſent ſimilia: ſed etiā cogitare nā Job vir fuit ſimplex ⁊ rectus ac timēs deū̄: nihilominus multis calamitatibus ac miſerijs fuit afflict⁹. Quid dicam de Abrahaṁ: quid de Yſaac: hi enim oēs ſancti iuſti ⁊ boni fuere pſecutiones anguſtias ac tribulationes paſſi fuerū̄t: nō ꝑpter eoꝝ peccata. Sed quid in iſtis exēplis moror: audiāt xp̄m benedictum apl'is rn̄dentem quādo queſierū̄t ab eo de ceco a natiuitate procreato. an id eueniſſet ꝑpter peccata ſua an parentū̄: Qui dixit pue ꝝ cecum nō peccaſſe nec parentes eius: ſed hoc euediſſe vt opa dei manifeſtarent: ſcriptū̄ eſt enim. Judicia dei abiſſus multa. Anno vero. M. ccccciij. Rome arcus porte exitis pro antemurali ſcti Angeli ſeſe aperuit in quo inſculpta erāt arma ſeu inſignia ſummi pōtificis Alexādri. vi. que inſignia cum lapide marmoreo e ꝑprio loco exiuerū̄t: que fortaſſe ipſius antimuralis precipiciū̄ ⁊ ruinā cuius inſignia erant preſagire viſa fuerū̄t vt dicebāt: quare ex ſupradictis ac ex eclipſi ſolis que eodem anno de menſe ſeptēbris in libra futura erat venturas pſecutiones ⁊ ruinas libriſcis p̄dicebāt inter quos gallos ⁊ Ducē Romandiole cautos eſſe voluerunt. Supradicti vero vt dixi a vera cognitione ſui creditoris deficiētes q̄ꝫ plurimis iniquitatibus habundāt ⁊ in eis malicia creſcit ex quo ſcelera in his nephādiſſima indies horrēdaq̃ vicia ⁊ indomabilia incorrigibiliaq̃ peccata m̄ltiplicant̄. Quibus de cauſis dicere poſſum id quod Hyeremias dicit caplo. ix. Ois quippe caro videt̄ iam viā ſuam corrupiſſe. Et ſi ad ad ſingulos hoim ſtatus. variaq̃ dubia cōſpicimus: rariſſimos inueniemus: qui iuſte: recte. pure: ſimpliciter: ⁊ munde: vitam degant. nā vbiq̃ eſt dolus: vbiq̃ fraus: vbiq̃ ſimulatio. vbiq̃ priuatus amor: vbiq̃ cupiditas: vbiq̃ ambitio: vbi deniq̃ ignorantia: ⁊ turpitudo: que profecto non eſſent ſi hoies pre oculis ſuis deū̄ haberēt: ipſumq̃ oim factorē crederēt futura ſe velle predicere nō auderent quod dei eſt. quare tales vulgus diuinos: quaſi plenos dei: ſimulātes ſe eſſe plenos diuinitate: ⁊ aſtucia quadā fraudulēter hoibus futura ꝓnunciantes: ⁊ vt iſta ne

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

llus intelligas te ſcire oportet: futura dupliciter poſſe prenoſci:
vno eni modo ꝑ cauſas ſuas: alio mō a ſeipſis. Cauſas futuroꝝ
tripartitas inuenio: nam quedā ſunt cauſe que de neceſſitate: ⁊
ſemꝑ ꝓducūt effectus ſuos: ⁊ tales effectus certitudinaliter pre
ſciri: ⁊ pronūciari poſſunt ex cōſideratione ſuaꝝ cāꝝ: ſicut aſtro
logi ꝓnūciāt eclipſes futuras. Alie ſunt cāe que ꝓducunt ſuos
effectus nō ex neceſſitate ⁊ ſemꝑ: ſed vt in pluribus aliquādo tñ
deficiūt lꝫ raro ex talibus cāis poſſunt prenoſci: ⁊ ꝓnūciari euē
tus futuri nō per certitudinē: ſed per q̄ndā cōiecturā: ⁊ ſic aſtro
logi per cōſideratiōm̄ ſtellaꝝ aliqua de pluuijs: ⁊ ſiccitatib⁹ pre
ſcire: ⁊ ꝓnunciare poſſunt: ⁊ medici de ſalute ⁊ morte. Alie ſunt
cauſe que ſi ſm̄ ſe cōſiderent̄ ſe habent ad vtrūlibet: ꝙ precipue
videt̄ de potentijs rationabilibus que ſm̄ philoſophū ſe habēt
ad oppoſita: ⁊ tales effectus vel etiā ſi qui effectus vt in paucio
ribus: ⁊ caſu accidūt ex naturalibus cāis ex cōſideratione cauſa
rum preſciri nō poſſunt. qꝛ huius cauſe nō habēt inclinatiōm̄ de
terminatā ad illos effectus, ideo huius effectus ꝑſciri nō poſſunt
niſi in ſeipſis cōſiderent̄: huius eni effectus hoīes ꝯſiderare po
ſſunt in ſeipſis ſolūmodo dū ſunt pñtes. ſicut cū videt homo cur
rentem equū: vel hoīem comedentē. Conſiderare aūt tales effe
ctus in ſeipſis anteq̄ꝫ fiāt eſt ꝓpriū ſolius dei: qui ſolus in eterni
tate ſua videt ea que futura ſūt q̄uaſi pñtia ⁊ hac de cauſa dixit
Yſaias. xli. annūciare que ventura ſunt in futuꝝ: ⁊ ſciemus quo
niā dij eſtis vos: quare cauendū eſt talia predicere: ne id quod
dei eſt vſurpet̄: niſi talia ex reuelatione diuina predicerēt: ⁊ tūc
ꝑdicētes futura cōtingentia ex reuelatione diuina nō dicunt̄ di
uinare: nō enim quod diuinū eſt faciūt ſed ſuſcipiūt. Qui eni in
debito modo vſurpant prenūciatiōm̄ euentuū futuroꝝ diuinare
dicunt̄: nihilomin⁹ peccāt ⁊ ad vitiū ſupſtitionis ꝑtinet: ⁊ talis
diuinatio ꝓuenit ex operatione demonū: aut qꝛ demones inuo
cantur expſſe ād futura predicēda: vel qꝛ demones vltro ſe in
gerūt varijs inquiſitionibus futuroꝝ vt mentes hoīm in errorē
inducant ⁊ vana vanitate implicent ⁊c. ⁊ ſepenumero inducunt
mathematicos aliqua predicere: que nullo pacto ex ſtellaꝝ ſcia



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

predici poſſunt: ⁊ crede mihi Oia que in mundo fiunt: aut fiunt a deo aut ꝑmiſſione diuina lꝫ aliqua eueniãt ſignis precedentibus. Cũ eni vides tonitrua: fulgura: terremotus: ⁊ cetera admirabilia: eo qꝛ raro cõtingentia: cogita deũ iratũ fore cõtra humanum genus. talia eni nobis ſigna ſunt oipotentis dei nos diligẽtis: quibus viſis cogitãda eſt vita melior. nã eni ſcriptũ eſt ante mundi ꝑditioẽ ꝙ plurima ſigna apparere debere: vtꝫ ſolis ſignum: ac ſtellarum cũ gentiũ preſſura: ſed ne tedio te afficiã finem hic impono: nã reliqua pendẽt in opinione. ipſa enim quocunqꝫ hominẽ vult trahit nõ vt verũ mutet: ſed vt iudiciũ regat: ⁊ ſenſibus obediat: quis inſanus iudicare vult ex cantu bubonis: vel noctue: aut ex cantu paſſeris ſolitarii: hi eni nõ poſſunt aliud canere ꝙ id quod a natura eſt eis inſitũ: quare igit̃ ex eis aliquid boni: aut mali futurum debes pnoſticari. Pretermitte igit̃ iſta cõfide in redemptore noſtro xp̃o deo oipotenti ⁊ oia tibi proſpere eueniẽt. Sed de his hactenus ſupereſt vt quid nois Cometa: ⁊ quid rei ſimul cũ cauſis ſignis ⁊ effectibus tibi exponã ſuccincte dicẽs ꝙ ſol ⁊ cetera corpa ſupceleſtia vt dicit Ariſtotiles primo methaphiſicorum caplo. iiii. approximata duobus elemẽtis inferioribus tranſmittãt ea ſegregãdo ab eis ⁊ ꝑcipue a terra quãdã naturã fumoſam per totã calidã ptem ſiccã ⁊ ptem humidã a dominio tñ ſiccã: hec exalatio a duobus elementꝯ inferioribus ſegregata ⁊ a celeſti corpe in ſupmã regionẽ aeris vel infimã regionẽ ignis eleuata ſm ptes ſuas vicẽtes ⁊ hũiditates ſubtilr cõmixta ⁊ fortiter adinuicẽ ꝯpacta ex tali ſubtili ꝯmixtiõe efficit̃ de facili inflãmabilis vnde talis exalatio fit ab elemẽtis inferioribꝰ ſegregata ⁊ ad locũ debitum eleuata cõmixta quoqꝫ ſubtiliter ⁊ fortiter cõpacta: ac etiã a celeſti corpe effectiue ⁊ a medio circumdãte excellẽter calido: ⁊ inflãmata: Cometa a grecis vocata eſt quã nos ſtellã crinitã vocamꝰ: vnde tã ex diuerſitate luminis ꝙ figure diuerſa eis noia impoſuẽ hoc eodẽ mõ generãt̃ ſtelle cadẽtes: ⁊ inflãmatiões: coruſcatiões: fulgura ⁊ tonitrua: ceteraqꝫ ex qbꝰ manifeſte liquet cometã nõ eſſe in celo: ſed gñari ⁊ corrũpi ⁊ ãnichilari i ſupradcã regiõe nã i regiõe ſublimiori nihil renouat̃

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝑpter ſitũ: ⁊ ea q̄ ex ſitu renouato accidũt: vt eclipſ: ⁊ radioꝝ ꝓiectiões iuiſibiles: ⁊ dcã cometa ẽ ſub luna: ⁊ ſup̄ nos: ⁊ ẽ lucẽs ⁊ ſplẽdẽs ꝑpt̃ ignẽ nõ tñ eſt ꝑmanẽs talis ignis quẽ cometa ſuſcepit a regiõe ignis nõ corpulẽtia ſua ꝫ virtute tm̃ ſimilr̃ cũ radijs ſtellaꝝ materia ignita dcã cometa nõ deſcẽdit ab ſpera ignis: ꝫ aſcendit ab īfima regiõe aq̃ ⁊ terre: q̄re dicẽdũ cometã ignẽ fore ſublimatũ a natura terreſtri ⁊ aſſimulatũ nature celeſti. Et lꝫ cã agẽs ⁊ patiẽs fuiſſent diſſĩles tñ in actiõe ⁊ paſſioñ cõpleta fuerũt ſĩles. Cã generãs cometã de neceſſitate ẽ virt⁹ celeſtis. ſ. virtus ſtelle fixe vel erratice. Et veriſimile eſt ꝙ vnaqueqꝫ cometa habeat cãm effectiuã: ⁊ illa eſt ſtella ex directo ei⁹ motu cui⁹ ipa mouet̃. Et q₂ cometa mouet̃ motu celi diurno: idcirco fatẽdum erit ꝙ virt⁹ celi ẽ ꝑma cã motus ei⁹: ⁊ obediẽtiã quã hꝫ cometa ad virtutẽ celi. Locat̃ etiã cometa e directo vni⁹ ſtelle pluſq̄ alteri⁹ ꝑpt̃ maiorẽ aſſimilatioñ illi ſtelle e directo cui⁹ locat̃. Unde ꝑpter ſĩlitudinẽ quã hꝫ cũ ſtella attrahit̃ a ſtella illa ſicut ferrũ a magnete ⁊ dcã cometa vt oẽs pħi tradũt a vapore gñatur. Vapor aũt q̄ ad q̄litatẽ motiuã eſt de natura aerꝭ: ⁊ q̄ ad q̄litatẽ alteratiuã ex ꝑte humiditatꝭ ẽ de natura aq̃. q̄re dicẽdũ ẽ hũc vaporẽ naturã t̃re ⁊ aq̃ ꝑticipare nã imediate cometa gñat̃ ex t̃ra ⁊ aq̃ ⁊ nõ ex alijs elementꝭ: forme. n. ſubſtãtiales terre ⁊ aq̃ nõ pñt eſſe ſub tãta raritate gñata ẽ raritas vaporꝭ: fum⁹ eni eleuat⁹ nõ ẽ ſubſtãtialr̃. thus neqꝫ fum⁹ eleuat⁹ a maſtice: eſt ſubſtãtialr̃ maſtix: hoc eodẽ mõ fum⁹ eleuat⁹ a terra: nõ ẽ ſubſtãtialr̃ terra: nec fum⁹ eleuat⁹ ab aq̃ nõ ẽ ſubſtãtialr̃ aq̃: q̄re ſcire debes vaporẽ mixtũ ipfectũ cito factũ ex elementꝭ eſſe: ⁊ in ipa facilr̃ ꝯuertibilẽ: ⁊ lꝫ materia alteratiõis nõ ſit niſi terra ⁊ aqua: tñ oia elemẽta virtualr̃ ꝯcurrũt: nã ĩ q̄libet tali vapore oẽs q̄tuor q̄litates ꝯcurrũt ad q̄s natura vaporis inclinat̃: nihilomin⁹ ſcire te oportet ꝙ ad gñatioñ comete neceſſe ẽ formã ſubalẽ vaporꝭ corrũpi niſi t̃re⁹ vapor habeat ꝯmixtioñ a qua cometa nõ haberet lucẽ. nam ois aqua lucet qđ faciliter ꝓbatur in nocte ſi cum baculo agitat̃ aut cũ aliqua alia re ⁊ maxime ſi dicta aqua exiſtit in vaſe nigro. lucet etiam Cometa a luce ⁊ ardore ſpere ignis. ſed de hoc hacte



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nus:nec a me plura ſpectes:nam reliqua a teipſo inuenire volo
Jtē nota ꝙ ſi vapor fuerit motus ad ſupremā regionē ignis ibi-
qꝫ fuerit extinctus ſm oēm dimenſiom̄:ꝛ inflāmationē ignis tūc
talem vaporē ignitū cometā appellabimꝰ. Vapor eni (vt perhi
bent philoſophi) quintū elementū eſt. ꝛ eni mediū aque ꝛ aeris
quantū ad eius ſubſtātie ſubtilitatē:nam ſubtilior eſt aqua. ꝛ cra
ſſior aere:ꝛ quāuis ſit ex elementis:nā ſit ex reſolutione aque ꝛ
terre facta a ſole. Hic eni vapor aliquando remanet recluſus in
viſceribus terre:ꝛ hec eſt cauſa generationis aquaꝝ:ꝛ calefacit
aquas tpe hiemali:ꝛ cauſat terremotum:ꝛ oīa metalla ſulfur:ar
gentū viuū quod eſt materia oim metalloꝝ:ꝛ cauſat lapides ꝛ
mōtes. Si vero recludiṫ inter ſuperficiē terre ꝛ terrā cauſat her
bas:arbores:ꝛ aliqua alia aīalia que talibus nutriunṫ ex mixtu
ra terre ꝛ aque:ꝛ ſic de alijs. quare relinquiṫ pro manifeſto va
pores principia eſſe animaliū ꝛ hoim qui ſunt quarte ꝛ quinte
cōpoſitionis. ſed in aialibus magis confracta eſt cōtrarietas qꝫ
in terraneſcentibus: quo fit vt animā nobiliorē recipiāt vcꝫ ſen-
ſitiuā. Et multomagis nobiliorē hoies ſuſcipiūt qꝫ cetera anima
lia ꝓpter ſummā hois tempantiā:ꝛ quia nō potuit eſſe nobilior
perfectio hac de cauſa homo eſt finis oim creaturarū. Prima
eni creaturā poniṫ angelus:ꝛ vltima homo vt finis cōueniat cū
principio ꝛc. Cauſa prima mouens ꝛ eleuās vapores a terra:ꝛ
aqua fuit:ꝛ eſt vt ex vaporibus eleuatis fiāt aeris impreſſiones
qui eleuanṫ a ſole:ꝛ ab alijs ſtellis. Sol eni dū appropiquat his
rebus:ꝛ ab eis elongaṫ: eſt cauſa generatioñ ꝛ corruptionis ac
cidentiū illis.i.in his rebus ꝛ in his que ex eis generanṫ:dū eni
calor ſolis terrā calefacit ex ea humidus vapor ſimul cū vapore
ſicco eleuaṫ:ꝛ in diuerſas ſpecies ſepatur: quedā ſpecies dū aſ-
cendit ad ſummū aeris reſoluiṫ:ꝛ ſubtiliaṫ:ꝛ appropinquat igni
quo inflāmatur:ꝛ fit ex ea impreſſio inflāmata. Hec aūt vaporis
ſpecies vocaṫ eſtus. Alia vero eſt nebula ꝓpinquior:que fit aer
niſi obuiet ei frigus accidētale eā cōſtringēs:verū aer iſte factus
ſi ex vapore ſubtili fit aqua;qr vapor roridus eſt.i.materia roris
vel pluuia;nā ſi accidat ei frigus quod ipm preueniat incroſſaṫ:

⁊ inſpiſſat: ⁊ fit aqua ad terrã pluẽs .i. diſtillãs in rorẽm vel plu-
uiam vcʒ ex nubibus ſubtilioribus vel denſiorib⁹: ⁊ qñ adoq́ʒ vi
det ex ea nebula ſcʒ ex reliquijs nubiũ reſolutarꝫ. Cũ igit ſol ap
propinquat vapor eleuatus aſcendit: cuʒ aũt elongat ab eo deſ
cendit: cum aũt id qḋ ex eo deſcẽdit eſt pua res .i. ſubtilis ⁊ ideo
tardat in deſcenſioñ ſua ⁊ ros vocat. Cũ aũt multã habet ſpiſſi-
tudinẽ velociter deſcẽdit: ⁊ eſt pluuia. Et qñ res parua eſt que
nec ad altũ pueniſ ꝓpter paucitatẽ caloris ſui: ⁊ reſoluit: ⁊ fit aer
Quãdo aũt vapori aſcendẽti accidit vehemẽtia frigoris ex tali
vapore aggregato fit pruina: a tpato frigore ros fit. Pruina igi
tur eſt vapor cõgelatus. Aqua vero nõ congelat niſi in loco vbi
ſunt nubes. ex quo loco deſcendũt tria corpa quorꝫ generatio: ⁊
eſſentia eſt per frigus: ſcʒ: aqua: nix: grãdo. corpa vero deſcẽden
tia ex aere duo duobus ſunt ſimilia. q₂ cauſa generatiõis ambo
rumq́ʒ eſt vna nec diuerſificant niſi mltitudine: ⁊ paucitate. Sũt
autẽ hec nix: ⁊ pruina ſimiliter pluuia: ⁊ ros. Eſt eni ros pluuia
pauca .i. ſubtilis pluuia: ros mult⁹ .i. craſſus vel dẽſus: pluuia nã
q́ʒ nõ fit niſi ex vapore mlto iã infrigidato ⁊ cã illi⁹ ſunt tp̃s: loc⁹
⁊ frigiditas. Et ne ſim plix⁹ ꝑtermittã modũ generatioñ vẽtorꝫ
ſtellarꝫ cadẽtiũ: tonitruorꝫ: fulminũ: nebularꝫ: iridis: mellis: mãne
atq́ʒ metallorꝫ. Ex q̇bus clare ꝯſtat ſupdicta naturalia fore: ⁊ ab
ipſa natura ꝓduci. Reliquũ erit aliqualẽ notitiã tradere de pre-
ſciẽtia ſeu ꝓnoſticatione euentus eorꝫ ⁊ maxime Cometarꝫ de-
mum exponere effectus ab eis ꝓducẽdis. Poteſt equidẽ aſtro
logus peritus ⁊ expertus predicere generationeʒ Comete ſeu
eius apparitionẽ cũ prodigijs terribilib⁹ atq́ʒ horrẽdis ex mar
te cum prefuerit in illis annis. Hoc idẽ poterit predicere per ſa-
turnum in reuolutione anni impeditũ a marte per coniũctionem
⁊ aſpectũ: ⁊ a cauda per coniunctioñ in ſigno vno. Cauda eni
in Cometis fit a marte. quã caudam ipſe Mars girat ſm diuer-
ſum motum factũ ab eo in ſuo epiciclo. Cometarꝫ quarꝫ ab aſtro
logis ſpecies .ix. aſſignantur: ⁊ hoc ſm varias planetarũ exalta
tiones. Saturnus autem in coniũctione omniũ triũ: vel etiam
duorꝫ in tali gradu cũ fortior ſit: ⁊ altior neceſſario figurã ſuam



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ip:imet: ⁊ bene naturā cōgelabit. cū ꝙ ille ſtelle ſic ꝯglobēt ⁊ for
titer petunt ſupio:a: ⁊ materia hoim ſit tenera erit neceſſe co:da
ſic leuari. ⁊ eleuatio eſt nolle ſubijci: ꝫ poti⁹ dn̄ari. vnde fiūt plia:
⁊ ſeditiōes. Iā eni dixi ſupi⁹ cometā eſſe ignē ſublimatū aſſimu
latū nature alicui⁹ planete aut ſtelle fixe. In oi eni re cōplexiona
ta terreſtri ſunt res ſp̄uales ſeꝑabiles a rebus cōplexionatis per
actionē co:po:ꝝ celeſtiū. Cūq̄ ſit hec ſeꝑatio relinquit res ꝯple
xionata īfirma aut co:rupta: q̄re cometa ſignificabit p̄cedētē ſub
limationē: ⁊ ſeꝑationem nature ſpiritualis inco:ꝑate rebus com
plexionatis: ⁊ aſſimulatis dicte comete in natura ſpirituali: qua
propter erit ſignū infirmationis ⁊ co:ruptionū rerum cōplexiona
tarum quibus dn̄atur planeta: cuius nature aſſimulat̄ Cometa
apparens: vtputa ſi fuerit Cometa de natura ſolis virtus ſtelle
que ſublimauit cometā: ⁊ ſeparauit eam a natura terreſtri ſepa
rabit ſpiritus qui ſunt in co:pibus cōplexionatis aſſimulatis na
ture ſolis: ⁊ erit infirmatio: aut co:ruptio in hoibus: ⁊ animalib⁹
⁊ ſementis q̄bus ſol principat̄ vel principalr̄ dn̄atur: ⁊ hoc eodē
modo dico de alijs planetis tenet eni Ptholomeus in centilo
quio ꝓpoſitione. xcix. ⁊ ſui expoſito:es ꝙ cometa ſemꝑ diſtat a
ſole per. xi. ſigna que ſi apparuerit in angulo regni alicui⁹ regis:
mo:iet̄ rex: aut homo potēs illius regni. Et ſi fuerit in ſuccedēti
bus angulis deſtruet̄ eius theſaurus: ⁊ mutabit ꝯciliato:es. Ha
ly tn̄ dicit ꝙ ſubſtātia regni patiet̄: ⁊ ſm alios carceres multipli
cabunt̄: ⁊ infirmitates: eritq̄ mo:s ⁊ maxime ſubitanea ſm maio
rem ꝑtem. Aliqui dicūt ꝙ caueat ſibi ab aliquo tradito:e rex. ⁊
dicūt ꝙ ſi cauda reſpicit partem occidentalē ſignificat hoſtes de
bere venire a lōge. Si aūt reſpicit o:ientalē hoſtis erit de regno
ipſo. ⁊ hoc ptholomeus loco ſupius allegato cuꝫ ſuis expoſito:i
bus: ⁊ Ptholome⁹. ij. quadruptiti capl̄o vltimo dicit q̄ꝫ cometa
ſignificat ventos: ⁊ ſiccitatē aeris. Si cometa eſt nebuloſa ſigni
ficat ꝙ eius ſpiſſitudo eſt pauca: ⁊ ſignificat multos vētos: ⁊ ſic
citatem aeris: ⁊ ſm magnitudinē comete durabūt venti: ſm tem
pus q̄d durabit cometa. ⁊ quicunq̄ iudicare per cometā deſide
rat in p:imis reſpiciat eclipſim: ⁊ ho:am eius. Deinde reſpiciat
colo:ē Comete nam ex colo:e multa p:enoſticare poterit: ⁊ p:e

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cipue in regionibus in quibus videt̃ ꝛ dominatur planeta. No tum eni eſt vnicuiqꜫ ſeptem foꝛe inclinata: ꝛ vnũquodqꜫ habet vnum planetã dominantem: ꝛ vnuſquiſqꜫ planeta habet ſuas ſe ctas: ꝛ dicunt ꝙ ſecta ſaturni eſt laboꝛioſa: ꝛ ſoꝛdida agroꝝ cul turas diligens: multũ maliuola: terreſtris: pigra: impudẽs: facili ter cupida. Secunda Jouis eſt beniuola: aut rationalis: remota ab iniquis ſoꝛdibus: diligẽs ſcientias cum auiditate: ꝛ ſapientiã: ꝛ in omnibus ꝑpata. Tertia ponitur martis ꝛ dicũt eam foꝛe fu rioſam: diligentẽ pꝛelia: ꝛ ſeditiones: cõcoꝛdiã reſpuentẽ pꝛeter qꜫ ſubiectoꝝ. Quarta eſt ſolis que maxime eſt cupida regnoꝝ: ꝛ eoꝝ que ad pꝛehenſe ꝑtinẽt: ꝛ eſt honeſta: ꝛ ſapiẽs: ſed eſt foꝛtis valde: ꝛ mlt̃m agilis: ꝛ magnanima. Quinta eſt veneris que eſt oĩs generis luxurie humida: ita vt quicq̃d libet licere putat̃. Se xta eſt mercurij in qua oẽ genus coꝛpalis luxurie deteſtatur mo res ꝓdicat: ſpiritualia plus amat: oẽs virtutes docet: ꝛ ſcientias oẽs addiſcit: ꝛ pꝛeualet: ꝛ erroꝛes confundit: vicia deteſtat̃: ꝛ in eius laboꝛe ꝛ ſollicitudine nõ eſt finis. Septima eſt lune que eſt ſecta magica oĩbus alijs ꝯtraria cõtra oĩa pꝛedicãs ſimulãdo ſe ctam mercurij ſequi frauduleter: ꝛ eſt bellicoſa: ꝛ cupida laudis Si quis igit̃ ꝓnoſticare cupit de mutatiõibus regnoꝝ: ꝛ ſectaꝝ cõſpiciat ſupꝛadicta de ſect: ꝛ ꝯiũctiones maioꝛes ꝛ facilr̃ pꝛeno ſticabit: ꝛ maxie ſi ꝯſpicit quid cometa in q̃libet ſigno ſignificet Nam cometa in ariete ſignificat ml̃ta ꝑlia in regionibus diuerſ ꝛ multas effuſiones ſanguinis ſiccitatẽ magnã: doloꝛes oculoꝝ: moꝛtẽ bonm: ꝛ deſtructiom̃ magnatũ: ꝛ eleuatiom̃ maloꝝ: ꝛ infi moꝝ: ꝛ ml̃tas mineras ex argẽto: ꝛ auro: ꝛ ſupfluitatẽ caloꝛ in q̃rta eſtiuali. Et ſi apparuerit in ꝑte oꝛient: ꝛ ſol equediſtet ſig no ariet ſignificat illo odiũ cadere inter ciues ꝑ ſe ꝛ ꝑtes regio nes obedire regi babilonie. ꝛ ſi apparuerit in ꝑte occidẽtali ſigni ficat ꝙ abhoꝛrebit de ifoꝛtunijs: ꝛ cedes euenĩet ciuibꝰ in ꝑtibꝰ occidentalibꝰ. Significat etiã pluuias: ꝛ inundationes fluminũ ꝛ niues: ꝛ hec tarde euenĩet citiꝰ vero ſi apparuerit in ꝑte oꝛien tali. Haly abenragel tñ tenet ꝙ talis cometa apparẽs in oꝛiente ſignificet moꝛtẽ reg xpianoꝝ: ꝛ ꝑlia: ꝛ diſſentiom̃ in t̃ra babilõie



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Si vero dicta cometa apparuerit in Tauro: tũc ſignificat multa
bella: captiuitates: ⁊ mortalitates in multꝭ terris: ⁊ ſignificat ꝙ
homines incurrẽt multos dolores ꝓuenientes a materia ſicca:
ſeu ex ſiccitate vt accidit in ſcabie: ⁊ pruritu· ⁊ ꝙ boues morien
tur: ⁊ minere nõ fodientˀ: ⁊ aliqua pars terre de montis crema-
bitur· eritqꝫ vehemẽs frigus cũ corruptione meſſiũ ⁊ fructuũ ar
boꝝ: ⁊ paucitate culture: ⁊ plãtationũ in terra· Si apparuerit ex
ꝑte orientis: ⁊ ſol fuerit equediſtãs a ſigno tauri: tũc caueat ſibi
rex a ſuis inimicis: ⁊ cauendũ a bubonibus: ⁊ a multis ⁊ diuer-
ſis egritudinibꝰ: ⁊ maxime tꝑe eſtiuali· Qđ ſi apparuerit in par
te occidẽtali ſpectabis multas pluuias· Haly abenragel dicit ꝙ
in tauro ſignificat depopulationes ciuitatũ: ⁊ terraꝝ xpianoꝝ: ⁊
mortalitatẽ in terra babilonie· Si vero cometa apparuerit in ſig
no geminoꝝ ſignificat bella: varias egritudines: ⁊ mortalitates
⁊ famẽ: ⁊ p̄cipue mortẽ pueroꝝ: ⁊ abortiuos· ⁊ mortẽ auium: ⁊
tonitrua: coruſcationes multas: cũ multis ventis calidis fructꝰ
cõburentibus ⁊ morietˀ rex egipti: ⁊ piſcis apparebit in Perſia
Si vero cometa apparuerit in ſigno cãcri ſeu eius directo ſigni
ficat bella: multa mala: ⁊ hominũ mortalitates: ⁊ effuſionẽ ſan-
guinis: ſubmerſiões: ⁊ diruptiones: ⁊ mortes repẽtinas: ⁊ mul-
tas pluuias: ⁊ paucos piſces· Et ſi apparuerit in ꝑte orientali ⁊
ſol fuerit equediſtãs ſigno cancri· ſignificat anguſtias hominum
⁊ ꝙ pax obedient regi cũ vtilitate annone in fine anni· Et ſi ap
paruerit in ꝑte occidẽtali ſignificat rixã: ⁊ mala cadere inter re-
ges: ⁊ cedes magnas in terra medoꝝ: ⁊ ꝙ filius regis occidetur
aut rex· Si vero cometa apparuerit in ſigno leonis ſignificat pu
gnas inter reges: ⁊ maxime in fine anni cũ multa ſanguinis effu
ſione a ꝑte orientis: ⁊ mortẽ quarundã nobiliuꝫ. Cauendũ etiã
eſt ab ſtrãguria: ⁊ dolore ventris· Caueãt ſibi etiã lupi nam effi
cientˀ rabidi: ⁊ infirmabuntˀ: hoc etiã accidet canibus· Et ſi appa
ruerit a ꝑte oriẽtis: ⁊ ſol fuerit equediſtãs leoni: ſignificat mľtas
cõmixtiones ⁊ ſiccitatẽ ⁊ fulgura· In ꝑte vero occidẽtis ſignifi
cat egritudines malas: ⁊ fulgura· In ꝑte ſeptẽtrionis cũ ferocita
te lupoꝝ: ⁊ rabie canum: ⁊ ꝙ morietˀ rex: ⁊ inimici eius exient ex

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

terra babilonie· Si vero cometa apparuerit in virgine aut eius
directo ſignificat ꝙ mercatura nō habebit curſum ſuū cū pauca
iuſticia· ⁊ cū multis iniurijs ⁊ multis doloribus tremoribus: ⁊ fe
bribus ⁊ multas in mulierib⁹ ventoſitates ſignificat cū vlcerib⁹
⁊ puſtulis ⁊ abortuū· Et ſi eius apparitio fuerit in occidēte ſig-
nificat pugnas: ⁊ fructuū multitudinē: ⁊ ꝙ rex egipti interficiet
ſuos inimicos cū multis certaminibus· Si vero Cometa appa
ruerit in ſigno libre vel eius directo ſignificat mortē quorundā
regum in ꝑte occidētis: ⁊ multitudinē mortis in principibus: ⁊
nobilibus: ⁊ effuſionē ſanguinis: ⁊ abſciſionē merciū cū paucita
te pluuiaꝝ: ⁊ multa ſerenitate: ⁊ validitate ventoruꝫ: ⁊ ſiccitate
fluminū: ⁊ deſtructionē fructuū· Et ſi apparuerit in ꝑte orientis
⁊ ſol equediſtās fuerit libre magno pretio licebūt equi ⁊ came-
li prelijs aduenietibus in terris Romanoꝝ· Et ſi apparuerit in
ꝑte occidētis ſignificat bella: ⁊ mortē quorundā regū: ⁊ ſeruos
cōtrarios dn̄is ſuis cum mediocritate fructuū: ⁊ ſignificat ꝙ po
pulus erit proditor regi· Si cometa apparuerit in ſigno ſcorpio
nis vel eius directo ſignificat dolores teſticuloꝝ: ⁊ nocumenta
in veſicis: ⁊ coſtis cū rixa que occurret regibus: ⁊ iraſci quoſdā
ſuꝑ alios: ⁊ in mulieribus abortiuos: ⁊ multas pluuias nociuas
⁊ deſcenſionē ⁊ deſtructiom̄ fructuū ꝓpter vehemētes pruinas
⁊ frigora cum aeris tenebroſitate: ac etiā humiditate· Significat
etiā exiccationē fluminū: ⁊ egeſtatē piſcium· Et ſi apparuerit in
oriente: ⁊ ſol fuerit equediſtās ſigno ſcorpionis ſignificat ſalutē
ciuiū babilonis ſex annis cū rabie lupoꝝ: ⁊ canū· Et ſi apparue-
rit in occidēte ſignificat locuſtas cū paucitate nocumēti earum
Albumaſar dicit ꝙ ſignificat certamina ⁊ rebelliones ⁊c· ⁊ ſig-
nificat· multas cōbuſtiones aeris cū minoratione aquaꝝ· Si co
meta apparuerit in ſigno ſagittarij vel eius directo ſignificat ve
hementiā regis ſuꝑ plebem: ⁊ cupiditatē eius in accumulādo pe
cunias: ⁊ iniurias cū morte nobiliū· ⁊ calorem vehementē· ⁊ ap
paritionē beſtiaꝝ· Et ſi apparuerit in oriente: ⁊ ſol fuerit equedi
ſtans ſagittario ſignificat mortē regum; infortunia; infirmitates
cū pugna: ⁊ timore; latrocinijs: ⁊ puacitate ciuiū: ⁊ cum proſpe-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ritate redditnum ⁊ hereditatum. Et ſi apparuerit a parte occi-
dentis ſignificat multitudinē rerum que homines imaginantur
in ſomnis: ⁊ abortus mulierū: ⁊ tunc caueant ſibi ſcribe. Etiam
ſignificat mortalitates in terra babilonie: ⁊ in terra Baldach: ⁊
mortem regis. Si cometa apparuerit in directo ſigni capricorni
ſignificat bella inter reges: ⁊ multa infortunia in ꝑte occidentis
⁊ regibus ibidem rixas: ⁊ timores: ⁊ in perſia: ⁊ in meridie: ⁊ ꝙ
apparebunt latrones: ⁊ depreſores religionum: ac religioſoꝝ: ⁊
fideliū: ⁊ mortem iuſtoꝝ: ⁊ niues ⁊ grandines plantas deſtruen-
tes: ⁊ ꝓcipue crocum: ⁊ plura alia. Si cometa apparuerit in di-
recto aquarū ſignificat mortem regis in parte orientis. ⁊ exituꝫ
viroꝝ qui querent regnum: ⁊ contrarietates inter reges prop-
ter illas cauſas: ⁊ in hominibus magnam mortalitatē: ac etiam
bubones: ⁊ lepram: ⁊ cedem: ⁊ pugnam in parte occidētis: ⁊ ꝙ
durabit longo tempore cum tenebroſitate aeris: cum multis to-
nitruis: ⁊ coruſcationibus: ac fulminibus: ⁊ mortem multorum
hominum cum defectu auium: ⁊ piſcium: ⁊ abundantiam anno-
ne: ⁊ ꝙ homo deriſus efficietur rex: ⁊ ꝙ parum durabit in reg-
no. Si cometa apparuerit in directo piſcium ſignificat mortem
illius plebis cū multa cede in multis regionibus: ⁊ hoc erit cau-
ſa fidei: ⁊ ſigna erunt: ⁊ prodigia interficient religioſi adinuicem
⁊ multiplicabitur infortunium ⁊ contrarietates: ⁊ percuſſiones
⁊ horribilia in hominibus. ⁊ morietur piſces: ⁊ vtilitates aqua-
rum deficient cū rebellionibus magnoꝝ contra regem: ⁊ rebel-
les capient redditus regis ſeu regnum: ⁊ ſignificat timores ⁊ in-
fortunia cum multa pluuia: ⁊ ſignificat ꝙ Rex faciet iuſticiam ⁊
ꝙ bene reget populos: ⁊ multas aquas. Hec omnia ſunt extra-
cta ex libro metheuroꝝ Ariſtotelis: Ptholomei: Haly rodoan
Haly abenragel: ex Liconienſi ⁊ ex alijs aſtrologis vt facilius
vnuſquiſqꝫ ſcire poſſit qd ſit Cometa: ⁊ quō generat̄: ⁊ ex qua
materia: ⁊ quid ipſa ſignificet. Jam tempus erit adducere aucto-
res tam antiquos ꝙ̄ modernos de effectibus Cometarum ſcri-
bentes quaſi tacite aſſerentes effectus eueniſſe illis temporibꝰ
a Cometis: nā ponit Seneca in queſtionibꝰ naturalibus duas

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

inſulas ſubmerſas fuiſſe Cometa pronunciante que vt plurimũ
malos euentus nunciat· vt Ariſtoteles primo metheuroꝝ tenet
⁊ Ptholomeus in centiloquio propoſitione·xcix· ⁊·ij·quadru
partiti quaſi vult· Juſtinus dicit ꝙ Anno quo natus eſt Mitri
dates ⁊ eo quo regnare cepit Cometa per vtrunqꝫ tẽpus mul-
tis diebus cum tanta luce ſplenduit vt celum omne ardere vide
retur: ⁊ magnum ipſius ſpacium occupare aſpiceretur: ⁊ in luce
ſolis nitorem ſuperabat· Hic Mitridates quadraginta ſex annis
cum Romanis horrenda bella geſſit: de quo Ualerius in capi
te de ſtudio ⁊ induſtria ſcribit: ⁊ Solinus in libro de mirabilibꝰ
mundi dicit ꝙ hic Mitridates rex ponticus duabus ⁊ viginti
gentibus quibus imperitabat: ſine interprete iura dixit· ⁊ vt idẽ
Juſtinus ⁊ Eutropius referent cum in Comedem regem biti-
nie Romanoꝝ amicum regno pellere pararet: qui cum ipſi dix-
iſſet: ꝙ ſi id faceret Romanis diſpliceret· Cum epheſum perue-
niſſet: crudeli edicto: vt Ualeriꝰ in capite de crudelitate ſcribit
magnam Romanoꝝ ciuium familiã in Aſia per vrbes negotian
di diſperſam miſſa ep̄la vno die truncare fecit· qꝫ miſerabilis illa
rerum facies fuit: vt vbicũqꝫ Romanus fuiſſet inuentus: tam in
agro: in domo: in foro: in via: in templo: in lecto: in conuiuio: ve
lut hoſtis mactaret᷑· Seneca libro·vi·de queſtionibus naturali
bus dicit· ꝙ imperante Nerone Senis menſibus Cometa ap-
paruit: nam quid peius illis tp̃ibus potuit eſſe tyranno crudeli-
ſſimo: de quo dicit Jo·ſolobricẽ in policratone libro primo: ꝙ
in tanta imperij mole oẽm peroſus eſt grauitatem: philoſobiam
perſequens quaſi imperij inimicã veritus nobiliora ingenia: hy
ſtrionum conſilijs ſe addixit cuius mores perditiſſimos: quoniã
nemo eſt qui ignoret: non conabor exprimere· Qui quidem in
diſcurſu annoꝝ nouem ⁊ viginti vitam ſuam ſe emendaturũ pu-
tabat cũ futuroꝝ interp̃tes ei p̃dixiſſent: cauere debere ab anno
lxiij· qñ ipſe annoꝝ triginta trium foret· Credidit enim de ſe pre-
dixiſſe: cum de Galba intelligerent: qui triũ ⁊ ſexaginta annorũ
erat: hi enim callide ⁊ obſcure predixerũt: ſicut Joſephus iudeꝰ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

In ciuitate Hieroſolimitana captus Veſpaſiano ſic predixiſſe le
gitur. Tu me alterius imperio captiuum feciſti. breui te duce et
imperante liber euadam: quod ita factum fuit. Cometa appa-
ruit anno. dcccxxxiiij. regnãte Ludouico primo quã vidẽs Lo
tarius imperator: perterrefactus eſt. et paulopoſt ſecuta fuerunt
tempora cruenta: et normãdi vaſtarunt galliã: ſarraceni italiam.
Tempore quo rex gallicie ſarracenorum regem in bello in Hiſpa-
nia addamarã ſuperauit: in Italia cometa mire magnitudinis ap
paruit: quã maxima fames ſubſecuta eſt. Anno. M. ccccij. come
ta apparuit ante mortem Io. galleatij vicecomitis ducis medio
lani. Eodẽ quoqz tempore Io. bentiuolus Bononie obtrunca
tur florentibus brachromãtonio et ſforcia etc. Paulopoſt obiit
papa Bonifacius. ix. Cometa apparuit Anno. M. cccij. ſtatim
ſecutum fuit bellũ Flandrenſe in quo quaſi omnes nobiles gal-
li fuerunt interempti. Eodẽ tpe fuit terremotus in multis locis
templarij deſtructi fuerunt. Iudei etiã fuerunt expulſi ex regno
Francie ablatis omnibus bonis. Cometa etiam apparuit anno
M. ccccvi. de menſe Iunij in. xv. gradu cãcri cui ſucceſſit terre-
motus in multis ptibus mũdi. Cometa apparuit anno. M. cccc
lxiij. Cometa apparuit in oppoſito libre anno. M. cccci. paulo-
poſt Paulus. ij. pontifex maximus obijt. Si hoc non ſeriatim et
ſm annorum tpa adduxerim des veniam. nam tpis breuitas cauſa
fuit ne vt cupiebã ordinarem. tu vero tps tẽpori accomodabis:
huic eni doctrine experientia dedit initiũ etc. Antonius arquatus
famoſiſſimus aſtrologus padue legẽdo Mathie regi vngarie An
no..... nõnulla predixit: que pro maiori pte fuerũt verificata: et in
dies verificant: vt Karolus druſianus: et odoardus famienſis: et
americus polonus aſtrologi in epla ab eis edita nominat. Hi eni
iuſſu regis polonie verificarũt rationibus et auctibus vaticinia fa
cta: et ſcripta a dicto anthonio arquato: dixerat eni coniunctiones
futuras in Anno. M. ccccciiij. in ſigno Cancri: et eclypſim lune
in virgine nunciare multa horrenda in Europa: Aphrica: et aſia
et quod circa Annum Milleſimũ. cccccvij. totus mundus debebat
eſſe flebilis: et quod impium Cõſtantinopolitanũ debebat diſſolui:

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

⁊ ꝙ xp̄iani ſi tūc eſſent parati faciliter poſſent ip̄m recupare: nā
vrbs Cōſtantinopolitana ſituatᷣ ſub cancri ſigno: vbi in reuolu-
tione. M.ccccciiij. debebāt cōiungi in medio celi ad meridianū
cōſtantinopolis ſaturnus ⁊ mars cōiuncti ⁊ poſt octauū diē cen
traliter magis copulati in aſcendēte apud duas ſtellas fixas de
natura mercurij: ⁊ martis marte exiſtente ſupra ſaturnū eleuato
que cōiunctio in decima domo ſignificat deſtructiones ⁊ regno
rum mutationes mortes: ⁊ fugā principū cū ſeuiſſimis bellis: ac
peſte horrenda. nā prefata cōiunctio debet eſſe in cācro domina
tore illoꝝ locoꝝ. quare tales effectus nūciauit in dictis locis: ⁊
ꝙ aphrica debet eſſe vaſtata ſanguinolentiꝭ bellis peſte: ⁊ regib⁹
cōpulſis debet eſſe debellata: ⁊ ꝙ ciuitas Venetiaꝝ debeat ve
xari peſte ac bellis nō ſine eius ſtatus magno detrimento: ⁊ pe-
riculo. Predixit ꝓpterea falſos ꝓphetas eſſe futuros eodē tp̄e
⁊ peſtes: ac diluuia: terremotus: ſeu ſubmerſiones cū multiꝭ pira
tis: ⁊ ꝙ caueret ſibi eccl̄ia Romana. Predixitq̄ʒ ſummi pōtificiꝭ
exitū a romana curia ⁊c̄. Dixitq̄ʒ Heſiarcā ex ſeptētriōe euenire
debere quē ſequi debēt principes ſeptētrionales ⁊c̄. ⁊ hoc pro-
pter lunā dn̄atricem ſeptētrionalis copulataʒ ſaturno ⁊ Ioui in
nona domo cuius dn̄s fuit Mercurius inuentus in ꝯiunctione
ſaturni: ⁊ Iouis ſub radijs ſolis in domo ꝓpria cum ipſe debeat
eſſe diſpoſitor eclipſis predicte que in domo religiōis patietur
circa caudā draconis qui etiā mercuri⁹ opprimetᷣ in reuolutiōn
a quadrato ſaturni Ioue damnato in dicta ꝯiunctione ⁊c̄. Qui
bus de cauſis tēpeſtate noſtra aſtrologis maxima fides exhibe
tur. credētes corpa ſupceleſtia nō ſolū in corpa humana impri-
mere poſſe: verumetiā in intellectū quod no ſolū a ratiōe diſcre
pat: ſed etia a ſctō Thoma in ſumma cōtra gētiles reprobatum
fuit: nā directe ⁊ per ſe nō imprimūt: q2 vt dicit Dyoniſius in li-
bro de diuinis noībus: ⁊ Auguſtinus tertio de ciuitate dei. Or
do diuine ꝓuidentie eſt vt inferiora regantᷣ per ſuperiora: ⁊ mo
ueantur. Intellectus aūt ordine nature oīa corpa excedit. Im-
poſſibile eſt ergo ꝙ corpa celeſtia agāt in intellectū: nec reperitᷣ
aliquod corpus agere niſi per motū vt habetᷣ. viij. phiſicoꝝ. Ex

go oia que ſunt extra motũ non poſſunt eſſe cauſata a corpibus celeſtibus: ſed ea que ſunt circa intellectũ ſunt oino extra motuȝ per ſe loquẽdo ſicut patet. ix. phiſicoꝝ imo per quietẽ a motibꝰ fit anima prudẽs ⁊ ſciẽs vt habet loco ſupradicto nec eſt abſurdum credere corpa ſupceleſtia poſſe indirecte imprimere in noſtrũ intellectũ qꝛ licet intellectus noſter non ſit virtus corporea tũ in nobis opatio intellectus cõpleri nõ põt ſine opatione virtutũ corpa habentiũ que ſunt imaginatio: ⁊ vis rememoratiua: ⁊ inde eſt ꝙ impeditis opationibus haꝝ virtutũ ꝓpter aliquã corporis indiſpoſitiom̃ intellectus opatio impedit. ſicut patet in letargicis ⁊ freneticis: ⁊ ſimilibus. Et ꝓpter hoc bonitas etiã diſpoſitionis corpis humani facit ipſum actũ ad intelligẽdũ in quãtum ex hoc predicte vires fortiores exiſtũt: diſpoſitio aũt corporis humani celeſtibꝰ ſubiacet motibus. Et ſupradictis rationibꝰ cõuincunt nõ tñ eis acquieſcũt. quare adducũt ea que de eclipſibus in cõiunctionibus: ⁊ cometis pauloante adducta fuerũt. Ego vero his finẽ imponere cupiẽs dico oia que in celis: ⁊ terra fiũt nutu volũtate ſeu precepto vel ꝑmiſſione dei fieri. Quare totis viribus mente ⁊ corde recto ipm̃ reueremur: ad ipm̃ recurramꝰ qui ex nihilo oia fecit: ⁊ ea annichilare poteſt. vt nos tueat nos defendat: foueat: auxilieturqꝫ qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Rome.

¶ Finitur epiſtola edita a Gaſparo Torrella Epo ſancte Juſte
natione valentino Summi pontificis prelato domeſtico ⁊
medico Seſene. Kl. Januarij. M.cccccvij. Impreſſa per Johannem Beſicken. vij. menſis predicti Anno eodem. Sedente Julio. ij. pontifice maximo. Põtificatus ſui Anno Quarto.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)